

AB  
153 377



1562

C. e. 40

Script. lat. recent. in Quarto

2. N. 25

II 2. e. 25



*Handwritten marginal notes at the top of the page, including a reference to 'M. de Ganay Meccenati suo felicitatem'.*

**In hac epla exponitur**

*Handwritten text in the left margin, starting with 'Guidoni...'*

**Faustus illustri Francie Cancellario Ioanni de Ganay Meccenati suo felicitatem.**

**A** Gerem diffusiore tecum epistola illustris cancellarie ni tantam molem sustineres, vt atlas ille celifer esse videaris. Helleboro nec pauco sane indiget, qui lo-

**Helleborus**

*Handwritten text in the left margin, starting with 'Helleborus...'*

quaciorem qua par sit, theriote referat, apud eum presertim, cui non modo superuacanea non legendi, sed ne respiciendi quidem oculi super sit. Quid enim importuno locutore stultius aut dici,

**Lacone**

*Handwritten text in the left margin, starting with 'Lacone...'*

aut excogitari potest. Itaque lacone potius qua turturem insectuar, ne & prolixior fia qua ipse velim, & tu plus equo degra-

**Uranus**

*Handwritten text in the left margin, starting with 'Uranus...'*

ueris. Extreme siquidem dementie foret, in eam me garrulitate incidere, quam in alijs damnanda dico. Guidoni rupeforti pro-

uerbiales ac morales (nescio quas) epistolas iccirco dedicandas censui, quonia nihil vnde pretermittebat, quod ad me, vlti iuuan-

du, vel ornadu attineret. Na quo altiori fastigio eminebat, co-

huaniore se pbebat in oes, preserti litterarum nominis pfectores. Quamq inter eos sum ego tanq nycitorax ad sole, vlti nihil vel-

pari admodu intuens. Ingrati mendaces item, ac es alienu con-

flates, gratissime quide apud Perlas plectebant. sed in ingrat-

tos leuiterius, qua in alios animaduvertebat, q nihil tam detestabi-

le sit, q collatu in se beneficiu non agnoscere. Maior insuper ada-

galiu apud me epistolaru acertius congerit, que nihil aliud om-

nino, preter publicu affectat. Ne semper inter chartaceu pulue-

reusq situ immarcescant. Has cui iustius, q aut tibi aut germano-

fratri deuotea, certe habeo nemine, vtpote qui vtriq vsq adeo-

obstrictus sum, vt nunq verbis consequi possim. Non mihi si cen-

tu lingue sint, oraq centu, terrea vox. Esto in faceto rure, infas-

centiores nugas offera. Arthaxerxes Persaru rex non tam donu,

qua donantis animu, exobsculatus est, Nec eos di asperrant, qui

cum tura non habeant, falsa tantum mola lient. Vale O & pre-

sidium, & dulce decus meum.

**Genus qui ad vult**

*Handwritten text in the left margin, starting with 'Genus qui ad vult...'*

**P. Fausti Andrelini Foroliuensis poete regij, Ad illustre Fracie Cancellariu Guidone Rupeforte Prouer-**

**BIALIUM MORALIUMQ; EPLARU LIBER PRIMUS.**

**ARGVMENTVM EPISTOLE PRIME.**

**Q**uod haftenus in prodiscendo tantum carmine insuda-

uerit, nunc demu soluta oratione aggrediatur.

*Handwritten text at the bottom of the page, including a reference to 'Olim apud...'*



**S**existimare illustris Cancellarie, me eo i albo esse, in quo vlt antiqui vel recentiores oratores inscribuntur nihil certe aliud facere, q̄ aut noctua aquile, aut teludine pegaso comilcere. Oratoriū em munus, no mo primorib⁹ labijs nō gustauit, nec extremis digitis attigit, sed ne a limie qdē salutauit. Nō nihil sū conat⁹ illud peniculati emigrae, ceterū vix ad vmbra proximus accessi, q̄ opī manū artificijq; defuerit. Sub censurā alēq; tuā venit hoc (quicqd est) vmbra tūlis simulachri. Quū iudiciū habeas ad ppediculū adamussim q̄ quadratū, nō tm crepidā (vt Apelleus tutor) sed totā poteris imaginē nō indigne celere. Nihil inuenies omnino qd vlt Demosthenis, vel Ciceronis lucerna oleat. Nā in carmine pducēdo oēm ferme etatē sumpsi, atq; vtinā exquisito poti⁹, quā numero Vergiliū (vt ait Seneca) illa felicitas ingenij soluta oratiōe destituit. Nō inficiat, cū alij tū in p̄mis vlticū ille cosularis, Cicerone; alioq; latini parētē eloquij iuris (vt ait) misis cecinisse. O fortunata nata me colule roma. Felix q; adiuuante natura, potuit vtrūq; dicendi genus assequi. Ois quippe ars res pugnate natura (si Quintiliano credi) vel parū vel nihil prorsus valet. De me inter oratores (vt ingenue fatear) iure dici pōt protritū ac vulgare puerbiū. Nūqd & Sauliter pphetas? Sed volui multa degustare, quippe qui fastidietē habeā stomachum ex diutina scribendi carminis agitatioe. Qui aut fieri pōt, vt poetica quis calleat, oratoriā aut ignoret? quū ex ipso carmie pedestris oro pfluxerit. Alia est (vt scis) noscendi fili rō, alia vero cōtexendi. Exercitioe colūminat qd natura arteq; percipit, vbi absit exercitatio ibi at naturalis, aut artificialis p̄tia vt cesset necessū est, cū tota v̄tutis laus (vt preclare scriptū est a Cicero ne) in ipsa tm actione colistat. Itaq; vt demū ex tabula manū tollerē, tūltuaria succisurac; lectioe recognoui nonnullas (quoad potui) eplās, quas iam diu ad varios (sicut mos est) vel amicos vlt inimicos, precipitauerā. Eas tibi nuncupati dico deuoueoq;. Dixeris fortasse & merito quidē. Quid mihi Fauste cū epistolis istis tuis, siculis, gerris, plicisq; nūq; vāiorib⁹? Scio ego mi suauissime Guido, haud illas esse, que pclaris ac maximis tuis in me beneficij respondeant, sed vt auctoritate tua elephantos ex muscis facias, & paruo pedi magnos calceos circundes. si equi boniq; feceris, forsita ex arido pumice ea i futurū scatebit aqua,

**Albo** tabula apud  
 Albo tabula apud  
 Albo tabula apud

**Quid** nomine et  
 Quid nomine et  
 Quid nomine et

**Guido**  
 Guido  
 Guido

**Vmbra** aut est  
 Vmbra aut est  
 Vmbra aut est

**Alia** p  
 Alia p  
 Alia p

**Vlticū** aut  
 Vlticū aut  
 Vlticū aut

**Alia** p  
 Alia p  
 Alia p

**Vlticū** aut  
 Vlticū aut  
 Vlticū aut

**Vlticū** aut  
 Vlticū aut  
 Vlticū aut

**Vlticū** aut  
 Vlticū aut  
 Vlticū aut

**Vlticū** aut  
 Vlticū aut  
 Vlticū aut

**Vlticū** aut  
 Vlticū aut  
 Vlticū aut

**Manu** ex tabula potest adagium est autem Crasius & scholasticus A ij  
 Manus ex tabula potest adagium est autem Crasius & scholasticus A ij  
 Manus ex tabula potest adagium est autem Crasius & scholasticus A ij

**Subscriptum** vel subscriptum est ad quod scribitur a dno necessarium ut ad aliquem  
 Subscriptum vel subscriptum est ad quod scribitur a dno necessarium ut ad aliquem  
 Subscriptum vel subscriptum est ad quod scribitur a dno necessarium ut ad aliquem

**Stephanus** ex musca facit quoniam in eo q̄ ex pna re magnam que  
 Stephanus ex musca facit quoniam in eo q̄ ex pna re magnam que  
 Stephanus ex musca facit quoniam in eo q̄ ex pna re magnam que



Supplendit quo tempore sit

**Oculus**

bis oculi solio viciati, quin serpente aquilae acutius intueamur  
Quorsum tendat palpans & subdola hec adulatio, nec tantum  
aque lethies bibimus vt persij simus immemores, sic in assentas  
tores exandescens. Bellum hoc excute totum, quid non intus  
habet, ne talpas putes, q nō vlularū mō, ac lyncū, sed etiā caprea  
rū oculos habeant Velim tibi persuadeas bifrontes nos Tanos  
esse, in quos a tergo nequeant vel ciconia pinsere, vel asinus aur  
riculas mouere, vel canis linguam exerere Te qui non nouit  
tollat, illicq centones facias qui albus an ater sis nesciat. Nos aut  
non potes vllō quouis pacto supplantare, qui te ab vnguiculo  
ad summū capillū, quicq intus & in cute exploratum habeamus  
Vna manu panem ostentas, altera lapidem celas. Quod quidē

**Albom**

est litum melle gladium offerre, monstrum alere, clatum clauo  
trudere, tragulam iniicere, fabricam struere, palpum obtrudere  
teque vestitu ac creta occultare. Introrsus turpē, sed summa in  
pelle decorum. Neq; a simulata crocodilli natura alienū, qui vis  
lo a se homie statim illachrymat, eundemq; mox detorcat. Hic  
crocodilli lachryme tanquā sicte deustandeq; nominantur. Tis  
bi qoptime quadrat, quod de ficto falsoq; amico scriptū est ab

**Horatio**

Hic niger est, hunc tu romane caueo Sed quid hora  
tium profero, tametsi ab hieronymo & doctus & acutus appel  
latur, cū sub ouina pelle cauendos lupos precipiat redemptor  
ille noster, qui solus est non tam renū quā cordiū perscrutator.  
piscaris tu quidē in aere, in mariq; venaris, si ex palinodia ex  
orare recōciliationē credas Prius testudo lepore cursu preuer  
tet, currusq; bouē trahet, quā hoc v'l a me v'l fernādo impetres.

**Semel**

stateram transilisti. Non est amplius hyrundo sub tectu  
admittenda. Inimico reconciliato aut raro aut nūquā fidas. Im  
putanda est pisci si rediens ad euasum semel hamum deprehens  
dat. Stultum est dicere non putaram. Frustra Neptunum inuo  
cat qui secundum patitur naufragium. Veterem pelliculam

**haud**

facile exiit, qui iam diū fraudib; occalluit. None omnia  
tam ciuilia quā pontificia iura proclamant, eum semper mas  
lum fore quem semel malum fuisse cōstitit, eodem presertim

**maligni**

genere. Non neq; austeros admodum, neq; inexora  
biles ariopagitas dixeris. An nescis malo nodo malum cuneum  
querendū esse. Si tibi machera est & nobis vrbina, sua est & for  
micis ira, si a fronte a tergoq; diligentius considerasses in eadē

**Al**

ij  
piscari  
Te studo le porē pūg  
Stultū est  
ne se melle gesta id dicit rogant q; pūg et dicit q; est no putandē & no  
scribatur q; na cūpūa

Corpus et aquila aua  
ha pūg acutissimi vūg

**Lethe**

flumē d' pūgale b;  
q; mēpūg l'arim ob  
lūio: quid si quis quō  
apud d' pūg op q; o q; pūg  
pūg d' pūg d' pūg q; pūg  
pūg d' pūg d' pūg q; pūg  
pūg d' pūg d' pūg q; pūg

**Tanus**

frat in q; ha no  
pūgūm pūgūm q; pūg  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm

**Adon**

gladiū offēd  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm

**Tragula**

quod facit  
ad fare est d' pūg ad d' pūg  
endū pūgūm a filia pūgūm  
in d' pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm

**Palp**

quod facit  
ad fare est d' pūg ad d' pūg  
endū pūgūm a filia pūgūm  
in d' pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm

**Vestitu**

quod facit  
ad fare est d' pūg ad d' pūg  
endū pūgūm a filia pūgūm  
in d' pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm

**Palmasia**

quod facit  
ad fare est d' pūg ad d' pūg  
endū pūgūm a filia pūgūm  
in d' pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm

**Stultū**

quod facit  
ad fare est d' pūg ad d' pūg  
endū pūgūm a filia pūgūm  
in d' pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm  
pūgūm a filia pūgūm

*per fontem et regis similitudinem pro ad puppim dicitur, ac sine rei dicitur pro a cuius dicitur pro  
manus est puppe ante puppim dicitur, et ab omni mala persona dicitur et mala rem rema manam  
si in puon gprua pmdyffis ab dno rff ad pnt x p p p p p*

*per fontem  
manus est puppe  
si in puon gprua pmdyffis  
ab dno rff ad pnt  
x p p p p p*

proa ea puppi remū duxisses ab ouocq; ad mala vsque ahenus  
int nos murus sterisset. Te ut eitem<sup>9</sup> ansam dedisti, fenestrāq;  
aperuisti. Capra gladiū quo mactaretur adinuenit. Faber quas  
fecit compedes ipse gestat. In expuentē recidit quod in celum  
expuit. Suo forex indicio perijt. Potes tu q mali fontem reperi  
sti, tuocq; iumento accersisti, cum ouidiana phyllide non immes  
rito conqueri. Heu patior telis vulnera facta meis. Proprio li  
gone seipsum percutere, vinctaq; sua cedere, ac in factam a se fo  
ream decidere, quā imprudens incantumq; sit, vel lippis atq;  
tonforibus notum est. Esto in pristina nostram necessitudinem  
recipiaris, dic sodes, dic inquā, cui nā vsui esse possis, i re prefer  
tim litteraria: ei nempe cui & canis in balneo. Quid graculo cū  
fidibus: quid asino cum lyra: quid sui cū amaricino: vide quā  
te faciamus, vel laudantē vel vituperātem, vino vendibili haud  
opus est suspensa hedera Canis qui plurimū latrat perraro mor  
det. Qui ex seipsis dependent, & tibi & tuis simillimis laque  
um madant, mediumq; vnguem ostendunt. Nom elephas cur  
licem, nec dentati edentulos curant, Puerile est, fulgur ex vi  
tro metuere. Vale.

*Capra  
gladiū quo  
mactaretur  
ad inuenit  
Faber quas  
fecit compedes  
ipse gestat  
In expuentē  
recidit quod  
in celum  
expuit  
Suo forex  
indicio perijt  
Potes tu q  
mali fontem  
reperi  
sti  
tuocq; iumento  
accersisti  
cum ouidiana  
phyllide non  
immes  
rito conqueri  
Heu patior  
telis vulnera  
facta meis  
Proprio li  
gone seipsum  
percutere  
vinctaq; sua  
cedere  
ac in factam  
a se fo  
ream decidere  
quā imprudens  
incantumq;  
sit  
vel lippis  
atq;  
tonforibus  
notum est  
Esto in  
pristina  
nostram  
necessitudinem  
recipiaris  
dic sodes  
dic inquā  
cui nā vsui  
esse possis  
i re prefer  
tim litteraria  
ei nempe  
cui & canis  
in balneo  
Quid  
graculo  
cū  
fidibus  
quid asino  
cum lyra  
quid sui  
cū amaricino  
vide quā  
te faciamus  
vel laudantē  
vel vituperātem  
vino vendibili  
haud  
opus est  
suspensa  
hedera  
Canis  
qui plurimū  
latrat  
perraro  
mordet  
Qui ex  
seipsis  
dependent  
& tibi  
& tuis  
simillimis  
laque  
um madant  
mediumq;  
vnguem  
ostendunt  
Nom elephas  
cur  
licem  
nec dentati  
edentulos  
curant  
Puerile est  
fulgur  
ex vi  
tro metuere  
Vale*

ARGVMENTVM EPITOLE .III.

Q; eneis ab omnibus intelligatur, dubiam has  
bens cum Iliade palmam.

**C**ontra fluminis tractum adniterer (suauissime Des  
li) si te minimo prouocarem, essemq; Icaro ac Phae  
tonte, ne dicam gigantibus audatior, Si te qui emun  
ctas purgatasq; nares habeas, naso suspenderē Non cuiusq; est  
nasum habere, nec Chorintum petere, sed sepius holitor valde  
opportune loquitur. Latet & sepius sordido in pāno sapientia,  
non sum ego neq; Harpocrates, neq; angerona, quorum alter  
ab egyptijs, altera ab Romanis obligato obliгатоq; ore depin  
gebatur ad silentiū videlicet indicandum, vnde vice prouerbij  
a Lunenale vsurpatur, digito compesce labellū. Noscis dentem  
esse lingue claustrum, ne aut tanquā cicada obstrepat, aut rana  
seriphia obmutescat. Tantalus ob garrulitatem ad iferos est de  
trusus. Amicle autem tacendo periēre. Omnibus in rebus (tes  
te philosopho) damnāda est defectio Ne simus ex his de quib;  
dicit Horatius dum vitant stulti vitia in contraria currunt. Cui  
astipulatur & Neothericum illud adagium, haud quāspex



**Mal fonte dperu suozumue**

to afferend de ipse et in plurimum dicit solet qui  
sibi ipse malorum multitudinis affertit y lau  
in amphitruoe ipse ho sibi a me malidrem  
cessit in uero suo

**Proprio ligone sua paterie**

Omnia sua rebere in facta at se faneam  
dedit adogia hie sensu ede ad supioribz  
quid licet alijs et alijs uerbis dperdit Ina  
pat in eos quise metipso suosqz lareant  
et arguit

**Lippus dicit qui habet oculos hu**

more uaratos hunc lippudo pro tali ei  
no amparit

**Canis in balneo puerbude**

et rectus et lippid in eos qui se ipse dunt  
et quibz usu tu esse no pnt dperdit  
agn: Eund em niquit facit theologg aut  
physiq in ludo lano? Alpe et gria dunt  
id qd canis in balneo In balneo naqz nullz  
est canis ipse

**Quid graulo ad fidibz quid ad**

amariand sui In hote mris et dgenio  
rossud: qui hie aliquid uoris pening totum

**Asing ad lyra superioribz no**

quid in hote dperdit et rasset Sic  
in: cano apud antu gel: Si quis mihi  
ang filiz plurime in p. miferis  
gignit i si emd omi lyrae, asini ad lyra  
ephedes dte

**Unio uendibili hand opuse**

suspefa hedia pmoner: est quo dunt  
na uente no eged alioru pmijs et lau:

st telo  
alten  
ad cupc  
si lora  
pra  
and quo  
mip  
in  
madian  
bi op  
m  
m of  
d qd  
olum  
lu dnt  
pied  
dy of  
h. loglo  
dunt  
dunt  
reg in  
pmit  
d qd  
mip  
mip  
Chel  
hang  
no luv  
gomol  
pno  
p. p. p.

Handwritten marginal notes on the right edge of the page.



*[Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]*

*[The main body of the page contains several paragraphs of extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the leaf. The text is too light to transcribe accurately.]*



nandum. Incidit in scyllam cupiens vitare charybdim, seu mas-  
uris & aliud Incidit in prunas cupiens vitare patellam, non ab re  
**F**laccus inquit. Est modus in rebus sūt certi deniq; fines. Quos  
vltra citraq; nequit consistere rectum, quare vt est apud Home-  
rum Circe Vlysem admonebat Extra vndam & fumum lon-  
ge cōpelle carinā. Qui v̄o errantē intuetur, neq; mutire quic-  
quā audeat, ac si oleum in ore ferat, non tam in culpa est quā si il-  
le idem aberraret. Sicut apud Athenienses piaculū erat, erran-  
ti viam non monstrare, ita & monstranti non credere. Neq; sus-  
percilium corruges, si Cato in Catonem inciderit, ac tecū plau-  
stro loquar. Nec remulco, sed plena vtar velificatione. Aus-  
diendus semp̄ est, cui (vt Lacedemonio Apollini) quattuor ins-  
unt aures. Bos lassus fortius (vt refert Hieronymus) pedem  
figit in quem iunicus seu Darhes in Entellū procumbit, quor-  
sum hec ē vt intelligas in Eneide, quā tu propediem es aggres-  
sus agnū natitare, leonemq; submergi, neq; in ea reperiri qd̄  
pueri clamitant sese in faba reperisse. In virgiliana ruce, quo ala-  
tior nucleus absconditur, eo ignotior medulla latitat, nec eam  
queuis sus penetrat, Eneidos ego glaciem Parrhisij abscondi, fo-  
resq; aperui, nec semel coact⁹ sum caput scabere, viuosq; ac cru-  
dos vngues arrodere. Non enim mihi, neq; intus canebam. Ni-  
mirū circulum absoluit atq; omnium punctū refert qui Gor-  
dij nodos in Eneide veluti Alexāder gladio dissoluat, quisquis  
secus censeat cornicum oculos confixerit. Habet virgilius cum  
Homero dubiam (vt Satyricus testatur) facientia carmina pal-  
mam Vrsina lingua ita Eneida effigiauit, vt instar mūdi (aucto-  
re Macrobio) construncta videatur. Nam vt mūdus, ita & ene-  
is rerum diuersitate cōcinnatur, si Crassi grauitatem. Crispi bre-  
uitatem, Frontonis siccitatem, Ciceronis copiam, Plinij Syma-  
chicq; pinguedinem floriditatem Si deniq; Liuij lenitatē, torren-  
tisq; impetum requiras, in vna tantum Eneide comperies, que  
quidē vna est in oībus, & omnia in vna. Desumat illius vindex-  
mia ex varijs hinc inde racemis vndecim annos selecta, eoque pre-  
lo expressa, quale antea latini degustarant nunquā. Defecatur  
& in ea vinum omniū palato ambrosia nectareq; suauius. Vix  
incepta Vergilio eneidos tanta fuit fama, vt Sextus Propers-  
tius predicare non dubitauerit.

**C**edite Romani scriptores, Cedite Graij

Nescio quid maius nascitur **I**liade.  
Cui Ouidius astipulatur scribens. Et profugū Eneam alte pris-  
mordia Rome. Quo nullum latius clarius extat opus. Maro  
ad Augustum rescripsit de Enea suo, tantā quidē rē inchoatam  
esse, vt pene mentis vitio defecisse videretur. Papinius Vergilij  
Simia non erubuit Thebaida duodecim a se annos elucubras-  
tam hisce versibus alloqui, Nec tu diuina eneida tenta Sed lon-  
ge sequere, & vestigia semper odora, **A**lexāder Romanus Im-  
perator dormiturus iubebat semper cervicali Vergiliū suppo-  
ni, sicut & Homerum Alexander Macedonum rex, ille vt ad  
Eneae hic ad Achillis typum sese fingeret, Vergilius nullius ex-  
pers discipline, neq; laude (vt inquit Macrobius) extollitur, neq;  
vituperio deprimitur quē Augustinus scribit, propterea a par-  
uulis legi, vt videlicet poeta omnium preclarissimus atq; opti-  
mus teneris annis imbibatur, nec ita facile obliuione aboleri  
queat. Caue igitur ne illotis pedibus tam diuinam interpretatio-  
nem attentes, sis & caput absq; lingua pedariameq; sententiam se-  
quaris, neue canis ex illo bibas. Caue inquā ne remis velisq; na-  
uiges, & sero phryx sapias. Ardea incassum aquā culpent **V**tes-  
re vsurpato ab Augu. Cesare prouerbio, spende bradeos. **I**dē  
festina lente, nā vt Catoni placet sat cito, si sat bene. **A** seipso fal-  
litur, qui sibi est aut Suffenus, aut Menius, Sese autē fallere ni-  
hil est neq; vanius neq; perniciosius. Vale.

### ARGVMENTVM EPISTOLE. .IIII.

Non esse antiquatis, obliteratisq; verbis vtendum.

**O**leo in immensum q; haectenus ad parietē, seu potius  
ad mortuū verba fecerim, qd'q; sis asinus stramē plu-  
ris faciens, quā aurū, etenim mētis inops est, qui sanctū  
canidet, ante suē rosas, margaritasq; dispergat. Si cogitassem ni-  
hil retibus trahere, nunq; certe pressissem, quē cogor in pntia pol-  
licē vertere. Surdo a fello narrata est fabella, quū dolā, qua tu ad  
rubricā leuigareris attuli Quid loquendi sartagine abuteris, ac  
mecū qsi cū matre Euādrī sermocinaris? **V**et' rancidūq; lardū  
sapid, q' xba multis iā scis obliterata, & a sequenti demū etate ex-  
auctorata reuocare i lucē studeat, spq; i ore habeat, aut venēosū  
**A**ccū, aut verucosū Pacuniū. Quēadmodū & is q' p fursureo  
pane apludā, p fetido vino floces vsurpabat, **E**t i perator hadria-  
nus adeo vetustatis amator, vt Ciceroni Catonē Vergilio **E**ns

*Vulgus amicitias vultuque plures*

nū. Salustio Ceciliū pretulerit, eademq; iactatione de Homero ac Platone iudicauerit. Quoties quoties admonui vt & atticis Gellij noctib; inuigilares, & in Macrobij apud Vectium symposio cōuiuareris, illic si preceptorē nō austris immisisses, audiuisse vtiq; viuendū esse moribus preteritis q; honesti, q; sobrii, q; modesti fuerint, presentibus autē v;bis loquendū audiuisse, & C. Cesarē a toto cetu summo plausu exceptū Qui primo de genealogia libro scriptū reliquit, insolens atq; infrequens v;bu tanq; scopulū euitādū esse Nisi vsu renascat, penes quē vis est (vt testat Horatius) & norma loquendi. Saltantē camelū facit, q; antiquā recētorib; ruditatē ostēdet. Infecūdi quippe ingenij est premonstrantē (q; illi debet plurimū) nō excedere. Haud īmerito posterī & de deo & de natura conquerent, si qd' maiores, vel labore v; industria excogitarūt, nō possent & miores illd' idē & meli; fortassis cōperire, dūmō ea rerū curiositate exagitarent, ad quā prisci neruos oēs intēderūt. Nō alijs nec plurib; certe mēbris q; & nos sim; cōpacti erāt, necq; ingenio nepotib; prestarēt, nisi p; gnauitate ignauia, p; cōtēplatione torpedo, p; vigilia somn; obreperet. Quo iunior eo sane p;spiciatior. Es tu me hercle senex bis puer, imo sp; puer. Nō addam ampli; ne v;bu quidē vnū Inexpertū est agricolē annosam arbore trāsplātare. Quis funē in puteū demittat, scienterq; deiectū extrahat? Dure ceruici paranda est securis. Vale.

#### ARGVMENTVM EPISTOLE. .V.

Non habendum esse cum femina commercium.

**U**tereor mi Francisce ne aquā in crib; ingerā, bouēq; ad ceroma mittā, q; scilicet ad corpus scribā absq; pectore. Quippe qui sis vel pistillo retusior, vel betho aere crassior. Nonne iure cēsendus es horreste labeoneq; insanior? nonne exclamare libet satyricū illud Q; medici mediam ptundite venā Cū meretricia voragine vsq; adeo immergaris, vt ide ebullias nūq;. Cur anticyrā nō aduolas, vt illic helleboro cerebrū expurges. Ira naso decidat dū te aceto abluā, dumq; hule; ad viuū atūgā Qui quod nūc dedit agit, qd' nō vult adiuuenit. Nescis insane nescis feminā amplecti, nihil aliud omnino esse, quā aut hamum deuorare, aut diaboli viscario intricari, aut in sinu ignem quo exuraris deferre. Virum enim ac mulierem tanquā ignem, paleamq; nunquā insufflare cacodemon

cessat, donec et accēdat, & īflāmet. **M**liebre p̄mertiū eq̄ p̄fecto,  
atq; igniūoma chymera cuitādū est, **S**emp flāma fumo est p̄xia,  
stipula quū p̄ximat, statim ignē incēdit, oleumq; flāmis adijcit  
**Q**uoties feminā adis, existimes te inferni ( vt ait Hieronimus )  
ianuā ingredi, sathanēq; sagitta penetrari. **F**emīa siquidē fuit ab  
īnitio pcti aucupatrix, eritq; sp̄ inexhaustus malorū fames, qđ  
nō ignorās **O**rigenes, feminā īquit eē pcti caput, diaboli arma,  
paradyfi expulsionē, delicti matrē, antique legis corruptionē.  
**N**ullū extat in femina mēbrū, qđ vel auaritiā, vel latrociniū, v̄l  
proditiōē, vel ingluuiē, vel luxuriā hoīes brutificanti ē, nō res  
doleat. **P**ro qb̄ explēdis, quid cōtra ius fasq; p̄petrauerit, tum  
maiorū tū minorū exēplorū adeo lat̄ ē campus, vt satius sit tace  
re, q̄ pauca dicere **N**unq̄ alta excogitabit, q̄ feminarū accessib̄  
gestiat. **S**cortū si, vt cepisti, cōsectaberis, ex plumoso statim gla  
ber fies, viuusq; ad cutē tōdeberis. **I**llđ em̄, vt nō īscite a Plauto  
scribit, mare est, vt est, qđ des deuorat, nunquā abundat, immo  
mare non est mare, sed meretrix mare ē acerrimū **E**thiopē deal  
bat q̄ feminā collaudat, **B**onā vel nullā vel phenice rariore p̄pe  
ries, **E**cqđ demū coit̄ ē, nisi viriū eneruatio, & vt Hippocrates  
pdidit, leuis qđā morbus comitalis. **Q**uapropter interrogat̄  
**P**ythagoras qñ cōcubendū esset, cū te ip̄o ( rñdit ) infirmior fie  
ri volueris. **V**ulgatū ē & apđ grecos adagiū de milesijs, q̄ luxu  
nequitiaq; diffuētes, oē virilitatis robur pdiderant, palai potes  
analcimoi milesioi, id ē milesij quondā fortes ac si euiratos effe  
minatosq; dicerēt. **C**ur igit̄ porc̄ ex Epicuri grege īuolueris?  
**C**ur latrine stercore depasceris? **C**ur sentine sordes imbilis. **C**ur  
sardanapaliū centiū ad libidinē plumis obdormitas, stertisq; qn  
ta dū līnea tāgit̄ vmbra. **N**ōne in mētē venit Epic̄ter̄ ille philo  
soph̄, q̄ interroganti Hadriano impatori quidnā amor esset,  
**R**espondisse fert̄, **O**ciosi pectoris molestia, in puero pudor, in  
virgine rubor, in semīa furor, in iunene ardor, in sene risus, in  
derisore delicti nequitia. **A**n ignoras luxuriā leonino capite ser  
pentinaq; cauda depingi? qm̄ voluptati foror est tristitias & pe  
nitētia merorq; comites subsequunt̄. **F**acile syrenū cant̄ preter  
rit q̄ vlysem agat. **V**eneris stimulos diffringes, si sociū fugias,  
studiū frequentes, cōtemplatione rapiaris, ab imodico cibo vis  
noq; abstineas. **O**ciōsa quippe mens p̄ illicitas sepī cogitatiōes  
euagatur, a quib̄ abest semp̄ sublimiū rerū meditatio. **A** comi

co insup poeta docer), sine Cerere & Baccho Venerē frigesce  
re, qa (vt Hieronymi v̄bis vtar) Proxīa sūt ori genitalia Vinū  
in quo (teste ap̄lo) luxuria ē, ebrietatis incestusq; origo fuit. Noe  
primo repto a se vino inebriatū, & demū a filio derisum cōstat.  
Lothopeā patrē, cū filie inebriassent, ad incestū atq; infandū cō  
cubitū illexerūt. Vt hoīcicuta venenū ē, ita & vinū, sicuti scribit  
Aristoteles ad Alexandrū. Nec iniuria Anacharsis retulit vitē  
vvas trīs pducere, vnā scilicet voluptatē, alterā ebrietatis, tertiā  
cōtumeliarū. Retulit & Esopus p̄mā craterā ad sitim, scd̄am ad  
hilaritatē, tertiā ad voluptatē, quartā ad insaniam p̄tinere. Dido  
Virgiliana exoptat in mensā Bacchū letitie datorē, q; & ali⁹ sic  
furoris minister, q; Alexandrū illū magnū impulit ad interimen  
dū cōuiuā, quē proximiorē charioremq; habebat, nec nō ad dis  
ruendā Persepolim cōspiciū totius oriētis caput. Longe plura  
dicerē nisi hac de re vberius scripsissem eo in ope, qd̄ de domes  
ticis externisq; cōuiujs inscribit. Vt igit̄ receptui canā summas  
timq; cū Hieronimo cōcludā, nō tā ethnei ignes, Vulcania tel  
lus, nō vesu⁹ & olymp⁹ tantis ardorib⁹ estuat, vt iuueniles me  
dulle vino plene, & dapibus inflāmate. Vale & memineris lux  
uriosam iuuentam senilem esse penitentiam.

#### ARGVMENTVM EPISTOLE. VI.

**T**emporis iactura nihil esse, neq; p̄nitiosū, neq; detestabilē.  
Icuti & assentari nescio, ita & mentiri non possum, si  
vel illud vel hoc possem, neq; in te, neq; in alios certe  
abuti vellē. Domicianū videlicet imitat⁹ Agnitos po  
stremo a se adultores reijcientē, & Epaminundā ne loco qdē  
mentiētē. Assentari parasiticū est, mētiri vero: in qd̄ graui⁹ apd̄  
persas aniaduvertebat; aut fraudulentū, aut irrisoriū. Socrates q;  
primus moralē philosophiā ex celo in terrā deduxit, nefas esse  
arbitrabatur aut veritatē oculere, aut mendatiū cōcedere. Ne  
azellus impungentē recalcitres, errātēq; in viā ducēti eque grās  
ac terrestri deo agas. Hō nanc; homī deus est. Vtar aut̄ laconica  
dicendi breuitate, vt itelligas posse me et angusta copiose (a ver  
bo absit inuidia) & copiosa strictim differere. Nō possū nō suc  
censere te natū esse, vt tm̄ nūerus sis, ac fruges absumas, brutūq;  
referas nō hoīez, nec certe videas nisi solū qd̄ adest quodq; p̄ns  
est, vti bestia rōis expers, qua q; abuti⁹, is est iure inter pecora cō  
numerandus. Si siŷphi saxū reuolueres, nō ita sineres iuuentā in

uentū abire **N**ec esses pythagore oblitus precipientis duo tem-  
pora esse q̄ maxime consideranda, mane scilicet & vesperā. **O**b  
id a sebat **C**ato reddendā esse ocij rationem. **S**cribit & idem cui  
**C**icero astipulatur, primū **S**cipionē africanū nuncq̄ minus solū  
fuisse quā cū solus, nec minus ociosum q̄ cū ociosus esset **O**ciū  
quippe absq̄ litteris mors est, inquit **S**eneca, ac viui hominis  
sepultura. **A**ntonius pius insequentis temporibus adeo haben-  
dam rationem ducebat, vt a minimo quoq̄ sciscitaret quidnā  
de se diceretur, emendans que bene reprehensa erant. **T**empo-  
ris iactura nihil est neq̄ perniciosius neq̄ detestabilius. **L**ucro  
apponitur quicquid vel die vel nocte elaboratur. **S**olon vnus  
ex septē sapientib⁹ dicere solebat, se quotidie aliqd addiscentē  
consenscere. **P**lato ita libros affectabat, vt rex **D**ion suis dice-  
ret, **A**ristippus semper pecunias petit, **P**lato semper libros. **I**n-  
grediens lectū **A**ristoteles, plumbeam manu pilam sumebat,  
que cū in subiectū vas eneū decideret, dormientem ad studiū  
excitaret. **C**leantes puteorum aquas hauriebat, noctuq̄ hortos  
irrigabat, vt interdū commodius posset in studium philoso-  
phie incumbere. **V**nde vulgo phreanthles, id est hortorum ir-  
rigator cognominatus est. **A**pelles picture venustate insignis  
nuncq̄ tam occupatam diem egit, quin artis lineā duceret. **Q**d  
& in prouerbiū cessit. **N**ulla dies sine lineā. **P**linius perire om-  
ne tempus arbitratur, quod litteris non impartiretur. **T**anta  
illi erat temporis parsimonia, vt cū lector quedā perperā enun-  
ciata repetisset, dixerit ea interpellatōe se ampli⁹ decē versus per-  
didisse. **O**rigenes neq̄ cibū sumebat absq̄ erudita lectiōe, neq̄  
man⁹ habuit vnq̄ pugillari vacuas. sp̄ meditabat̄ **H**ieronim⁹ qd  
ad dei tabernaculū afferret. **A**ugustin⁹ **H**ieronimū obnixe orat  
vt se nō tanq̄ in scripturarū campo ludentem, sed in montibus  
anhelantē adiuuet, qui q̄uis et senex et episcopus esset, tamen  
paratus erat (vt ip̄e inquit) a puero nondum anniculo edoceri.  
**T**aceo numerosam exemplorum syluam, ne ea composito coe-  
gisse in vnum videar ad inanē potius ostentationem, quā ad  
legitimam tui & admonitionem & reprehensionem. **V**t preteri-  
ta vnda relabi nequit, ita nec elapsū tempus repari. **S**ecūda  
currus rota, tametsi eodem in temone, nuncq̄ tamen potest pri-  
mā attingere. **A**d quod alludens **P**ersius sic ait i ignauū ad merie-  
diē vsq̄ stertentē. **N**ā q̄uis p̄pe, q̄uis temone sub vno. **V**ertē



tem sese frustra sectabere canthū. Cū rota posterior currat, & in  
axe secundo. Arbitraris forsitā sp̄ imberbes te malas habiturū  
**O** quātū est in rebus inane, si mortales eodē ī statu vsquequaq̄  
permanerēt, frustra igit̄ hominē & Cato bullā, & Seneca vas  
quassum fragileq̄ iactatu nuncupasset. frustra Manili⁹ cecinisse  
set. Nascētes morimur, finisq̄ ab origine pendet, frustra senex  
ille Idume⁹ exclamaret, sese sicut fenū aruisse. Quorsū idē desse-  
ret hoīem quasi florē egredi coneriq̄, ac velut vmbra aufuge-  
re. Quorsum antiquitas genio flores offerebat, nisi vt esset quā  
ocyllime vite nō immemor, q̄ flos mane virescens & ante ve-  
perā arescēs, hūane vite typū imaginēq̄ p̄ se ferat. Nemo nos-  
strū est mane q̄ ( vt refert Seneca ) pridie fuerit, quū fluminum  
more rapiamur interq̄ loquēdū īmutemur, quēadmodū fluct⁹  
fluctū, sic & dies diē trudit, vñ sit vt nō ab re Flaccus dixerit.  
Singula de nobis anni predant̄ euntes. Quid plura? si longissi-  
mā nram vitā cū eternitate cōferas, in eadē pene breuitate erit,  
qua bestiole quedā sūt, quas Aristoteles Cicerocq̄ cōmemorāt  
apud flumē ab Europa pontū influens, vno eodēq̄ die & nascē-  
tes & morientes. O quā verissimū est Horatij carmē. Vite sum-  
ma brevis spem nos verat inchoare longā. Multa siquidē inter  
os & offam. mlt̄a inter manū & mentū. multa īter calicē & su-  
p̄ma labia accidere p̄nt. Sicuti Anceo Antinoocq̄, ac Chalcanti  
euenisse legīt, vt obiter Andragorā Cornelij Senectiōnē Ce-  
sares duos Aulū Pōpeiū Lucij Vallā Iulij medicū Appium  
Saniseiū Anacreontē poetā repētino inopinocq̄ fato oppressos  
conticescā. Ista & id genus alia pensitabis si tibi occurrerit Qui  
dianū hoc distichon Dum vires anniq̄ sinunt tolerate labores.  
Sic vobis nullū tps̄ abibit iners. Preparaes senectui nō iniussim  
a Platone viaticū, nulliq̄ casui obnoxiiū, vt quo te cōferas illud  
tecū tāquā securus Bias deportes. Inexhaustum indefensumq̄  
Herculē imiteris, qui ī ea qua tu es adolescētia, voluptarias oēs  
illecebras abdicauit, seque vni tantū virtuti addixit, q̄ voluptas  
momentanea sit ( vt voluit plato ) malorū esca, virtus aut̄ eter-  
na laborū merces. Neq̄ Achillē aspernandū putes, qui breuē  
( vt est apud Homerū ) vitā maluit cū gl̄ia, quā lōgissimā absq̄  
gl̄ia, sp̄ Catonē p̄ oculis habeas, quē affirmat Cicerō ita ad extre-  
mā vsq̄ senectutē vixisse, vt se frustra natū nō existīaret Vale.

**ARGVMENTVM EPISTOLE .VII.**

**B**

**¶** Quod pueri ab optimo preceptore candidis tum  
litteris tum moribus sint imbuendi.

**S** Pero certe pilā fore meam Franciscæ amantissime, si  
neq; tu sis rubro arefacto perfractior, neq; ego asellū  
male parentē in rupes protruseri. Adhuc hastam nō  
abijctio nec harene cedo, in quā cū tecū digladiatur⁹ descenderi,  
haud in reticiarū ( si sapias ) ferula depugnabis, sed digitū exes-  
res, herbamq; ( ni fallor ) porriges, neq; turnum pudebit Enee  
manu cecidisse, imo toto audiente teatro exclamabis Tua est  
Fauste Lauinia coniunx, Constans ferro minus transadigam,  
vt te demū penitentē intuear, neq; preceptoribus monita veluti  
aquā mortario cōtendentē. Quis nō mare celo commisceat, vt  
eandē cantilenā recinā quū tu vis pubescēs studeas q̄tidie, nūc  
hoc, nunc illud scortū demolere vt Salax ille iuuenis, a Catone  
Censorio redargutus, q̄ semper fornicē inhabitaret, & quod  
iniquiore animo est ferēdū, a pedagogo nō mō non reprehens-  
daris, sed tota impune suburra permittaris sparsisse oculos. Am-  
bo certe digni estis, qui ad areopagum citemini, cui nisi vtriusq;  
vite ratio cōprobetur, haud mediocrē ( vt par est ) penam lues-  
tis. Non ita p̄fecto lasciuies, si fuisses ab eo, vt decuit hec edo-  
ctus, iccirco puerū pretexta indui, vt ex purpure rubore inges-  
nuitatis pudore regat, cordisq; figurā in bulla ante illius pectus  
annexui, vt eā inspiciēs demū se hominē cogitet, si corde presti-  
terit, Sumpta autem virili toga, amplius non oportere nucibus  
ludere nec a senis latere, quoad possit & liceat vnquā discedere,  
sicuti & Alcibiades a Socrate, & Cicero a Scuola aut nūq; ab-  
cesserunt, vt verū esse videatur, quod a Satyrico poeta cōscrip-  
tum est. Quedā cum prima refecentur crimina barba. Alia vita,  
alia dieta, alij dies aliam vitam, aliosq; mores postulant, Non ea-  
dem est etas, nō mēs, Paulus Christi apostolus, quū esset ad  
modum paruulus, omnia vt paruulus & loquebatur & agebat,  
demū vir effectus omnino paruulū euacuauit, vetusq; fermen-  
tum expurgauit. Preceptor qui non tam litteris quā morib⁹ in-  
signitur, est cum ab alijs tum a te potissimū eligendus. Oportet  
enim puerum ( si Aristoteli est credendū ) perinde a pedagogo  
atq; cupiditatē a ratiōe gubernari. Natura tenacissima est eorū,  
que rudibus animis perceperit, Iuxta Flacci carmen, Quo se

mel est imbuta recens seruauit odorē **T**esta diu, **V**erū deteriora vsq; adeo tenati<sup>9</sup> inherent, vt elui possint nunq;. **Q**uando facilius bonum in peius, q̄ in bonū vitia conuertuntur. **S**partani ciuū suorū oculos a contemplanda asiatica ionicaq; luxuria retraxerunt, cum aliquanto faciliore virtutis ad luxuriā, quam luxurie ad virtutē transitum viderent. **L**eonydas pedagogus **A**lexandrū **P**hilippi **M**acedonū regis filium vitijs quibusdam imbuūt, que robustum, & magnum quoq; regē sunt prosequuta. **N**eq; **A**ristoteles, cui ille postea operam dabat, potuit vitium extirpare a puerili institutione imbibitū, adeo a teneris ( vt inquit **V**irgilius ) assuescere multum est. **P**lato cum quendā alia ludentem redarguisset, ille autem diceret, quā parua o **P**lato reprehendis **A**t non parū est ( respondit ) consuetudo. **Q**uis platonem nō audiat in libro de sanctitate admonentē in primis iuuenū curam suscipiendā esse, vt quā optimi viri fiant, quem admodū bonū agricultorem teneriores primū plantas curare decet, ac alijs deinceps providere. **S**i scole litteris pdesent, moribus autem obessent, potior **Q**uintiliano videtur bene viuendi ratio, quā vel optime sciendi. **P**lura quidē scire, aut bene beatq; viuere summam esse laudem affirmat **A**ugustinus, si facere vtrunq; non possis longe melius esse bene viuere q̄ plura scire. **P**ercunctante quopiam quenam pueris discenda forent, hic inquit **A**gesilaus quib<sup>9</sup> viri vsuri sint, **S**ed quoniā **H**oratius memorie prodidit, neminem absq; vitijs nasci, optimumq; esse qui minimis vrgeatur. **P**receptoris virtutes, non vitia sunt imitanda, sicut **R**ome apher quidam, qui preceptoris alioqui eruditissimi, se omnino emulum putabat, si eius lingue stridorem & oris tantum vitia exprimeret. **N**eque vitij esse ait **H**ieronimus hominem vnum laudare in alijs, & in alijs accusare. **E**xtollit in **T**ertuliano ingenium, sed heresim damnat **I**n origene miratur scripturarum scientiam, non tamen recipit dogmatū falsitatem **I**n didymo, & memoriam & super trinitate fidei puritatem predicat, i ceteris que **O**rigeni male credidit, ab eo se retrahit. **Q**uē admodum doctus preceptor, ambobus ( vt aiunt ) brachijs stricim est amplectendus, ita & indoctus manibus pedibusq; reijciendus. **N**emo non esurit, qui cum famelico degat, **E**x imperita officina, non nisi expers artifex exit **M**ali cornu malum ouum nascitur. **M**ala arbor haud bonus fructus par

rit. Alcybiades pugno magistrū percussit, qui se nō intelligere  
 Homerū fatebat, adiuitq; aliū homeri nō ignarū. Alexandro  
 magno impensius adhereas dicere solito, se a Philippo p̄re viuē  
 di, ab Aristotele vero preceptore bene viuendi rationē & cām  
 esse assequitū. Philippus eplām ad Aristotelē scripsit, qua dijs  
 grās agebat, q̄ sibi cōtigisset Aristotelis tpibus Alexādrū nasci.  
 Hoc etiā de Socrate fecisse Platonē cōstat. Iure igit̄ cecinit Iuue  
 nalis. Dij maiorū vmbris tenuē & sine pōdere terrā, Spirātesq;  
 crocos & in vrna perpetuū ver. Qui preceptorē scū voluere  
 parentis Esse loco. Dedi absynthiū melle ( vt sentis ) cōditum.  
 Dulcia vermes nutriūt, amara x̄o aut expellūt aut enecāt. Va.

ARGVMENTVM EPITOLE .VIII.

Labores ocio anteponendos.

**E**st mihi sane q̄ difficillimū Philippe, oīm q̄s terra sus  
 stinet ignauissime, aut aruncā aut venusinā in te saty  
 rā nō scribere, qui in vtrancq; aurē, ac in vtrancq; oculo  
 lū ceu vitulus marinus ita obdormites, vt a Sōno ipso, videaris  
 eo ramo quassatus, quo virgilianus palinur<sup>o</sup> soporatus depre  
 susq; est. Nec a graui isto letargo queas neq; a me neq; ab alio  
 excitari, quis aqua calidissima abluaris, voceq; stētoea iterū atq;  
 iterū cōclamiteris Gliris somno turgescis. Q̄ dubie cene assue  
 scas Esopi patina soporem irritat. Ad nature necessitatē somno  
 est indulgēdū, qd' amplius est, ad inertia, pernitiēq; est. Additur  
 vite, qd' somno demit. Nā dū aliqd ( vt ait M. Varro ) mussitam<sup>o</sup>,  
 pluribus certe horis viuimus. Audi qd' de somno ( vt alios in  
 terim cōticescā ) dicat Quidius Stulte qd' est somnus, gelide nisi  
 mortis imago. Longa quiescendi tpa, fata dabūt. Disce & a Plin  
 io, gallos excitandis i opa mortalib<sup>o</sup>, rumpendoq; somno esse  
 a natura genitos, cū sole cubitū eūtes, quintaq; castrensi vigilia  
 ad curā laborēq; reuocātes. Nec solis ortū cautis pauentes ob  
 repere Agesilaus lacedemoniorū rex somno eo ( vt refert Plus  
 tarchus ) vtebat, nō qui imperaret, sed cui a rebus gerendis im  
 peraretur. Alexander magnus dicere solebat, duobus se potissi  
 mū causis mortalitatē fragilitatēq; hūanā intelligere, somno scilicet  
 & coitu, quas sola nature infirmitas pararet. Studio aduers  
 sāt somnus. Illud elucubratiōis est, hoc aut laxationis aut desis  
 die. Sim<sup>l</sup> flare forberēq; difficile est. Nasturtium, quo perse pro  
 somno vtebant, nō papauer, tibi est edendū, ne eorū silis efficia

re, qui & oculi laboribus, & rubiginē splendori prestare putāt. Si  
tuis te pingo coloribus, mihi tñ istic neq; serit neq; metit, nolo  
tibi esse nec tutor nec patrius. Sed ne a more Horatiano sim  
alienus Alba linea, oēm vite colorē exequor. Satyricorū ptes sūt  
ne sibi qdē ipis parcere, vt demū ī alios tuti<sup>9</sup> liberiusq; inuhamt.  
tuto linguā cōtra ceteros strigit, q; anteriore sese mātica intueat  
Est em Scenico nō indignū, si Clodius accuset mechos, Catili  
na Cethegū In tabulā sylle si dicāt discipuli tres. Et de virtute lo  
quuti cluue agitēt. Nemo non nouit Ciceronianū in Catilinam  
morsū, debere oī vitio carere, qui ī aliū sit paratus dicere. Ecqd  
demū inertia est, nisi nascēs in latebris lāguor, ex otio torporeq;  
proueniēs, qui qdē ab Atheniensib<sup>9</sup> nō aliter in forū, q; delictū  
aliquod protrahelat, vt ad laborē industriāq; exercitareēt. Tibi  
aurē qdē vellico, ceterū penelopes telā retexo. Quū tu cuculo,  
lacerta, lupo ceruario, ac curiose sis obliuiosior, adeo mentē has  
bes cymerijs tenebris atriorē. Nō forsā culmos excutiā in eos,  
qui albis affectāt equis precedere. Quiq; tuo ipsi<sup>9</sup> exemplo de  
terreantur ab huiuscemodi inertia. Optimū est aliena bene vti  
insania, Iuxta carmē illud vulgi sermone protritū. Felix quē fa  
ciunt aliena pericula cautum. Vale.

ARGVMENTVM EPISTOLE. .IX.

Quo ideo epistolas scribat adagijs scatentes, quia  
paucis magna & moralia complectuntur.

**N**odum Andrea si in scyrpo queris, & apinas, tricasq;  
inuestigas cū a me petis, cur eplās scribā vndiq; ada  
gijs scatentes, vixq; ab Apolline intelligibiles, Iuxta  
epigrāmaticū illud. Nō auctore tuis opus est, sed Apolline ver  
bis, silū disrupā mansumq; in os inferā. Posteaq; māne lallare,  
& buas atq; papas infantiliter balbutire non desinis. Ne scilicet  
videaris aquā ex pumice, aut ab asino lanā postulare, linūq; lino  
cōnectere, & ab eo velle nandi modū ediscere, qui nunq; vl' cor  
tice vel vesica natauerit. Ego ( vt scias ) non consulto scribendi  
stylū obscuro, vt tenebras iudicib<sup>9</sup> offundā, sicut & Nigidius fi  
gulus & Heraclit<sup>9</sup> Ephest<sup>9</sup> de industria fecere. Ille vulgo culpa  
tus est, hic Scotiuos cognoīatus, ob imodicā scilicet quā affecta  
uit intelligendi cecitatem. Sed ne claudi more pilam tenere  
censear, tentandū esse orbitā duxi, nulli haftenus protritā que  
me quoq; possim Tollere humo, victorq; virū volitare p ora.

B iij

Ingenerosum est (vt ait **Seneca**) sapere solū ex cōmētario **Nu-**  
lum certe preuiū sequor, vel pessimū vel optimū, ducē me ipm  
habeo **Publicā** viā per ambulat, vel occecatus **Phyneus**, nō vtē  
dum est aliorū filo, nā crede bis posita (vt grecorū parocmia fer  
tur) mors est. Si non detur cacumen ascendere, laus erit radici  
non adhesisse, In magnis ( vt inquit **Propertius** ) & voluisse sat  
est. Quid vtilius habes prouerbis, que succosa breuitate vberi  
orem sensum, moralemq; disciplinā cōplectuntur? Prout egit  
& **Salamon**, quem refert **Hieronimus** adagijs vite instituta cō  
posuisse. Ille vna, ego alia incedo via. Prouerbia talpis tenebri  
osa, lyncibus perspicua. Nihil est dedalo inuiū, nihil decocto in  
expertū, nihil alchimēidi impenetrabile, Sagax canis latentem  
ferā odorat. Debet oratio, qua & **Stoici** utebantur tāquā pun  
ctum esse, cui nec addi quicquā nec diminui queat, quo ludat  
extra omnē aliorū aleam. Non inficior **Ciceronis** ingeniū **Ros**  
mano īperio par fuisse latineq; facundie pomeriū protulisse, tñ  
a caluo attritus, a **Bruto** ebumbis vtpote superuacaneus ener  
uatusq; nuncupatur. Nonne angustū est legis scriptū, Interpre  
ratio aut latissima? Palmā obtinet, qui mare concha includit.  
Ceterū discipulus haud quāq; improbandus est, qui quod ig  
norat sciscitet, preferens aliena verecunde discere ( vt facere **Pla**  
**to** consueuerat) quā sua impudenteringere **Ne Hieronimus** cū  
stomacho loquat, scire quod nescias. Acum inuenit, qui acum  
querit, viā qui nescit, qua deueniat ad mare, eum oportet amnē  
querere comitē sibi, Quisquis manibus pedibusq; adnititur ve  
ritatem in profundo ( vt voluit **Heraclitus** ) demersam indaga  
re, necesse est doctore vti **Sibylla Phebeo** numie destituta, mus  
scum interroget, neq; indocto se cōmittat. Nam si cecus cecum  
duxerit, ambo in foueam deciderint. Rara profectio auis est, eū  
fieri magistrum, qui nunquā manū ferule subduxerit. Tametsi  
**Manli** senator **L. Apuleus**, **Syffariō** statuarius & diuus quoq;  
**Augustinus** insignes doctore nullo fuerunt. Ver non vna hy  
rundo, nec estatem calidus vnus dies effecit. Vale.

**F**aussti Poete Regij carmen in obitu Guidonis Rupe  
fortis Francie Cancellarij nunquam satis laudati.

**C**orripit heu vulso fortis munimime rupes  
Qua sedes clarij stabat amena chori  
Gratam iterum toto sedem quesuit in orbe  
Nec compos voti est musa nouena sui  
Alta igitur raptum sequitur super astra Guidonem  
Hinc ceca, extincto lumine, terra iacet.

**I**dem de eodem.

**H**aud nouit forti thesaurum rupe latentem  
Proh ceco ignauis pectore gallus erat  
Muciber irato fossis ioue iussus ab antris  
Extulit in superos deposuitque polos  
Assequitur tanto rectos pro munere gressus  
Vnde fit idalie gratior ille dee  
Nec curat ( tanta est directi gratia ) tali  
Martia lasciuo membro fouere sinu  
Amissum infelix thesaurum gallia deflet  
Sed que tarda venit, vana querela venit

**I**dem de Ioanne Ganco Guidonis Rupe  
fortis quod dignissimo successore.

**E**cquis palladia subnixus mente negabit  
Omnibus alternas rebus inesse vices  
Ecce iterum lux est tenebroso reddita mundo  
Et redit amoto pristina forma chao  
Sed nulla est franca tellus illustrior ora  
Tanta relucens lumina solis habet  
Nam meus astrigero Ganeus ab ore retraxit  
Francia laurigeras in loca sancta deas  
Quas secum insignis france moderator habene  
Duxerat in superas Guido beatus opes  
In noua sic abiit conuersus gaudia meror  
Nec minor est francis fama renata plagis  
Duret Ioannes ceruo viuacior ipso  
Lumine ne rursus terra sit orba suo.

**L**ipsie in aedibus Valentini Schumañ.

Handwritten text in a medieval script, likely Latin or German, arranged in several columns. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side. The script is dense and difficult to decipher due to fading and the angle of the page.





1533 77

AB 1533 77

ULB Halle  
002 403 617

3



56







Amor mundi in fugam hinc in illuc.

*[Marginal notes in a smaller hand, partially obscured by the color chart]*

*[Marginal notes in a smaller hand, partially obscured by the color chart]*

Veneris pluma venio tandem fugientia sequenti

**P. Fausti Andrelini Forolimensis**  
 Poetae Laureati atq; oratoris clarissimi Epistolae puerbiales  
 cu suis argumentis longe lepidissime, nec misententiose.

**P. Fausti ad illustre Franciae Cancellarium Guidone Rupeforte epigramma.**

Hactenus antiqua strinxi, noua carmia lege  
 Nunc laxo certis verba ligata modis.  
 Fastidita petit varium mea musa palatum  
 Non vno est semp mensa paranda cibo.  
 Primū igitur parui fructum donamus agelli  
 Crescat vt auxilio copia larga tuo  
 Si forte aspirans de rupe Fauonius adsis,  
 Cornua foeturae plena recentis erunt.

*[Decorative border with floral and geometric patterns]*

*[Bottom marginal notes in a smaller hand]*

*[Marginal notes in a smaller hand]*

*[Marginal notes in a smaller hand]*

6

5